



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Ad Illvstrem Et Generosvm Dominvm 10. Cyriacvm L. Baronem  
Polhemivm, Et Vvartenbvrgicvm, & c. Iani Gvlielmi Lubeconsis Præfatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

AD ILLVSTREM ET

GENEROSVM DOMINVM

IO. CYRIACVM L. BARONEM POL-

HEMIVM, ET VVARTENBVRGICVM, &c.

IANI GVLIELMI

*Lubecensis*

PRÆFATIO.



VM multis in rebus ve-  
rū experimur, quod à sa-  
piētissimis viris proditum  
est, honestum suapte vi  
pollere, aliena illa laudis  
atque vtilitatis lenocinia,  
vt alliciat impellatq. ho-

minum animos, non desiderare; tam nuf-  
quam magis, meo iudicio, opinor tuo etiam  
generosissime IO. CYRIACE, quàm in  
humanitatis & litterarum studiis. Etenim si  
cogites, quid id sit, quod optimam quamque  
modolem inflammatam studio rapiat ad anti-  
quitates rerumq. gestarum memoriam, quæ  
que de virtutibus est doctrinam, adeoque  
in nomine humanitatem cognoscendam,  
sciteturque ad cultum linguarum earum, qui-  
bus inclusi hi thesauri rerum nobilissimarum  
reperiuntur; non temerè reperias aliud præter  
\* 2 opinio-

Lucreti  
lectiones  
II



PRÆFATIO.

opinionem, non auditione acceptam illam  
 sed à natura insitam atque innatam, honeste  
 sciri omnia hæc; ignorari ac prætermis-  
 ti turpiter, & ab ignauissimo quoque, ac  
 quod iuxta est, stolidissimo, quive, quid  
 hac naturæ præstantia hominem imprimè  
 deceat, illustretque maximè, perspicere non  
 possit. Præterea quidem doctrinarum ac vir-  
 tutis ab imperitissimis occupari sententia  
 quorum opera popularis, & splendor in va-  
 gus est: neque id rectè, an secus fiat, nunc  
 puto; hoc quidem, ego si taceam, res ipsa  
 quatur, ut ad opes honoresque nitare, col-  
 amari litteras non posse: quas qui arctius ap-  
 plectuntur, iam etiam vltro sibi, mitto dicitur  
 re ad dignitates & opulentiam (nam ferè  
 dum hoc quidem aliquo modo esset tamen  
 sed ad ipsam quoque, si dñs placet, veram  
 solidam laudem aditum præcludunt. Hæc  
 enim rerum ventum est, & parum fuit  
 peritiæ diuitias ac honores ex victis litterarum  
 spolia cepisse, nisi hoc quoque dedecus in-  
 rent, inertesque & insanas audire vulgo  
 gerent. Itaque quod ille olim monebat  
 pientes, ut latèrent, & se à luce publica &  
 ba fama que etiam hominum in otium &  
 nebras vindicarent, satisque haberent  
 vixisse, & latuisse; hoc nunc ut aliter facerent  
 posse.

Ante  
 Varian  
 LI



P R Æ F A T I O.

copiæ non est: quippe ubi in maximis tempe-  
 raribus, quibus multas respùblicas iam pes-  
 sum ire videmus, ut quisque à doctrinâ reli-  
 giosissimus atque imparatissimus est, ut ab hu-  
 manitate refugere semper visus est longissi-  
 me, ita facillimè ad clauum admittitur: hi,  
 quibus solis suæ reipublicæ gubernacula Pla-  
 to commendat, si viuere iam, & in sentina  
 necere possunt, pulchrè discedunt. Nam phi-  
 losophum quidem nunc quis è multitudi-  
 ne admiratur? quis non cum occasio est irriden-  
 di, arripit? adeoque si nulla est, tamen arri-  
 pit nullam? *nemo, hercule nemo*: ut ait in re-  
 censi Perſius; nisi qui aut eodè morbo (nam  
 quæ nunc tempora sunt, hoc verbo vtendum  
 est) laborant, eandemque se in corruptelam  
 coniecerunt; aut diuano quodam iudicio  
 quod genus in multis millibus vix singulos  
 reperias) quanto plus in recessu literæ boni  
 habeant, quam primore fronte de se promit-  
 tunt, animaduertent. Quamobrem si quem  
 neque rei suæ respectus deterret, neque, quæ  
 plerosque omnes transfuersos agit, ambitio  
 retrahit, neque hominum sermo moratur,  
 quin animi sui sententiam accedat, perpe-  
 tuoque deinde quem initio cursum petiue-  
 rit teneat, quid eum aliud censebimus, quàm  
 posteaquam ad eius oculos honesti pulcritu-  
 do al-

Lucretii  
 de re re  
 dectiones  
 II



PRÆFATIO.

do alluxerit, mirifica illa specie sola percussum, tamquam deo impletum, parui putasse omnia, praequam ne illud è manibus atque amplexu amitteret. Et mihi quidem in hac cogitatione versanti, tu imprimis occurrere soles, generosissime I. O. CYRILLUS, qui utrumque, & perspexeris speciem hanc prudentissimè, & amaris constantissimè. Vidi enim ipse ante paucos annos, Rochi, cum viueremus vterque, incredibilem contentionem animi tui, & exercitationes in omni studiorum genere assiduas: cum tu nobis omnibus praeires exemplo non modo diligentia, sed etiam continentia, neque solum voluptati, sed omnino otio, siue vorius est requiem dici, atque intercapedinentia laboris, bellum indiceres, ut in optato sapientia portu maturè conquiesceres. Itaque in tanto auditorum numero, quantum & optatissimæ urbis sit us fama que celebris Academia, & clarissimorum virorum Caselii, Brucai, Chytræorum, aliorumque auctoritas facere poterat, nemo magis doctoribus in ore erat, quem illi sobrium continentemque laudabant, ut naturæ tamen bonum agnoscere, totumque cælo fluxisse, uti ne si velles quidem posses te ipso desciscere: diligentiam illam commemorabilem & nescio

Ant. N.  
Varia I.  
LI  
2



P R Æ F A T I O.

in vestro isto ordine sine exemplo, cum  
 dies noctesq. tibi instares; quando id in opti-  
 ma natura plerumque contra occurrit; si ad-  
 mirabantur, nihil vt posse præclarius fateren-  
 tur. Magnum hoc, magnum in homine co-  
 pioso & beato; in eo verò qui genere cum  
 nobilissimis Germaniæ nostræ comparari, o-  
 mbus anteferri etiam plerisque possit, vix  
 humanum est. Me quidem certè ita ce-  
 pisti, vt & tunc statim admirari te cœperim,  
 hoc tẽpore cuius patrociniò librum hunc  
 potius committere vellem, ex omni nobi-  
 lissimorum nostrorum flore repererim neminem,  
 qui ob auctoritatem nominis tui apud om-  
 nes merito tuo maximam, quæ mihi & præ-  
 sidio aduersus inuidorum calumnias & ho-  
 nori ad famam bonorum futura esset: tum  
 propter summam illam & notam pridem mi-  
 sericordiam humanitatem tuam. Qui enim iam olim  
 ea quæ admodum adolescentulo exciderunt,  
 non aspernari visus es, vt hæc non item lu-  
 benter in clientelam tuam recepturus sis, vi-  
 deor metuere non debere; non illa quidem  
 fortasse multo politiora, neque priuatim ad  
 famam nominis mei vberiora, sed tamen, si  
 iudicare mihi de studiis meis permittitur,  
 multo publicè vttiliora. Nam reliquis in re-  
 bus scriptiõne supersederi saepe poterat; cum

Lucreti  
 editiones





P R Æ F A T I O .

omnia politissimi veteres, & inueniunt  
quàm ij qui nunc sunt homines, acutiùs, &  
differuerint ornatiùs: hoc genus hac litterarum  
ætate, & librorum ea, qua laborant  
infinita propemodum mole, solùm necessa-  
riam est: si quidem interest linguarum & e-  
tium, limpidissimos fontes antiquorum  
minum; & quibus solis illæ recte & præ-  
ne hauriuntur; iniuria temporum turbida  
obstructos etiam saepe, retari & perpur-  
gare quod certè interest, id què arbitror nega-  
rum neminem. nam libri vel sapientissimi  
scripti, nisi intelligantur, vsui esse non possunt;  
sed hæc intelligi, si maculis scateant.  
Ita fit, vt hisce eluendis operam qui impedi-  
dunt, eadem pulcherrimis monumentis & in-  
tegritatem nitoremque suum restituant, &  
lucem fenerentur. Quòd vtrumque & ipse  
heic secutus sum certè, quantum autem con-  
secutus sim tu iudicabis generosissime. To-  
CYRIACE & à te eruditi viri alij: quos tu  
men; sicogitabunt, hanc me scribendi viam  
primum popularium meorum, præcedentem  
quem subsequeretur nullo, ingressum; æquo-  
res spero futuros industriæ meæ; neque eam  
reprehensione, sicubi defecero, quàm, vbi  
perduxero, laude dignum iudicatos. Te  
quidem qua es humanitate, certò scio ce-  
natus

Ant. M.  
Varia I.  
LI



PRÆFATIO.

notus hosce meos non improbatum, ex-  
saturumque offensiunculas, quæ erunt, a-  
pud alios adolescentiæ, nonnullos etiam pa-  
triæ nomine. Quod ut facias & à claritate  
nominis tui hæc nostra splendoris non nihil  
mutuari patiari, meque adeò totum aduer-  
sus maliuolos tuendum tibi defendendum,  
que suscipias, etiam atque etiam abs te peto.  
Vale. In Agrippinensibus, Kalend. Decem-  
bris. ∞. D. XXXI.

\* IN

Lucreti  
lectiones